**T**unc arguitur ad oppositum sic. sicut se habet versus ad formam sic se habet versus ad materiam. scilicet versus est cuius causa est propter quod fit forma. scilicet sicut forma est causa respectu materie. Tercia ratio est. eorum que sunt ad aliquid est eadem scia et consideratio. scilicet materia est ad aliquid. scilicet ad formam. scilicet eadem scia habet considerare materiam et formam. **D**inoz p. 3. q. 2. sub alia et alia forma reperitur alia et alia materia. scilicet materia est ad aliquid. scilicet ad formam. non tamen debet intelligi quod materia sit ad aliquid secundum esse. scilicet solum secundum dici. **C**onclusio secunda. Forme que sunt separabiles in quantum habent non sunt physice considerabiles. probatur per philosophum in primo libro. quod mens dicitur non considerat nervum in quantum nervus absolute. scilicet hoc patet ad naturalis philosophum. scilicet considerat ipsum ut est susceptivus sanitatis et egritudinis. sicut faber non considerat es in quantum es sed in quantum suscipit formam statue. scilicet sicut physice non considerat formam in quantum forma. quod hoc ad metaphysicum patet scilicet ea considerat in quantum est in materia et cum ipsa constituit compositum naturale. **E**x quo patet quod cum anima rationalis sit in materia. et materia separabilis quod ipsa est terminus considerabiles per se naturalis ex parte formam et quodam modo physice cum metaphysice coniungitur. quod in quantum est in materia patet ad physicum. scilicet ut separabilis est a materia patet ad metaphysicum. et quod anima rationalis est in materia probatur per philosophum. quod forma rei genite est in materia. quod ad hoc est generatio. ut forma sit in materia. scilicet homo ex materia generatur. quod homo homines generat ex materia et sol. homo ut agens uniuocum. et sol ut agens equuocum. **E**x predictis patet quid sit natura et quomodo dicatur. et qualiter differat consideratio physica consideratione metaphysici. **E**t ad quod se extendit consideratio naturalis per se. **Q**uantum ad secundam. **D**ubitat. **Q**uare dicitur in prima conclusione quod ars imitatur naturam. **A**d dubium respondet quod hoc est propter duas causas. Prima est. quod principium artis est nostra cognitio intellectualis que per sensum ortum habet a rebus naturalibus. tunc ad similitudinem naturalium facimus res artificiales. **A**lia causa est. quod a quodam principio intellectuali videtur opus nature procedere in quantum sit per determinata principia et media ad determinatos fines ex quibus capit intellectus noster cognitionem practicam et modum ordinandi artificialia.

**A**d rationes. **A**n oppositum. **A**d primam dicitur quod metaphysicus habet considerare materiam et formam absolute. ut sunt pres entis. et habent utraque se habitudine actus et potentie. scilicet physice materia considerat. ut est mutabilis ad formam et considerat formam ut patet a quoque in motu in materia. et ut est principium entis naturalis. **A**d secundam dicitur quod aristoteli cenna distinguit duplicem materiam primam. quod quedam est materia prima mo prima que consideratur absolute. et est pres entis. et talem non considerat physicus. **A**lia est materia secunda prima que est materia considerata ut est principium entis naturalis in quantum est mobile. et talis est uniuersalis omnium naturalium. nec aristoteli cenna voluit quod physicus non habeat considerare uniuersalem materiam omnium naturalium. sed voluit dicere quod non considerat materiam sub quacumque differentia eius.

**E**t terminatis autem his considerandum est de causis. que et quod numero sunt. **Q**uonia enim sciendi gratia hoc negocium

## Phyſicorū

est ſcire an nō ante opinamur vnūquodq; quāz vtiq; accipia-  
mus. ppter quid vnūquodq;. Hoc autē eſt accipere primam  
cauſa; manifeſtū eſt quoniā et nobis hoc faciendū eſt. et de ge-  
neratōne et corruptōne et de omni phyſica mutatōne. quatenus  
ſcientes eorū principia reducere in ipa tēptemus queſitorū vnū  
quodq;. Vno quidē modo cauſa dicitur ex quo fit aliqd cū  
inſit. ſicut eſt ſtatue et argentū phiale. et horū genera. Alio  
autē modo ſpecies et exēplū. Hec autē eſt ratio ipius quod quid  
erat eſſe. et huius generatū eius que eſt dyapafon. duo ad vnū  
et omnino numerus et ptes que in definitōne. Amplius vn-  
de pncipiū mutatōnis ſmū aut q̄tis eſt. vt conſilians cā. et  
pater filij et omnia faciens facti. et cōmutans cōmutati. Ad-  
huc autē que ad modū finis. Hoc autē eſt cuius quod cā. vt ab-  
landi ſanitas. ppter quid abulat dicimus. vt ſanetur. Et di-  
centes ſic opinamur assignare cauſa; Et quecūq; iam moue-  
te alio intermedia ſūt finis grata. vt ſanitas. macies. aut pur-  
gatio aut potiones. aut organa. Omnia em̄ hec finis grā ſunt.  
Differēt em̄ ab inuicē q̄ alia q̄dē opa alia vero organa. Cauſe  
quidē igitur fere tot modis dicuntur. Cōtingit autē multipli-  
citer dictis cauſis. et multas eaſdē cauſas eſſe nō ſm accidens  
vt ſtatue ſtatuiſica et eſ. non ſm altez aliqd. ſed ſm q̄ eſt ſta-  
tua. Sed non eodē modo. ſed hoc quidē vt materia. illud autē  
ſicut vnde motus. Sunt autē quedam et ad inuicem cauſe  
vt laborare cauſa eſt boni habitus. et hic laborandi. ſed nō eo-  
dem modo. Sed hoc quidem ſicut finis. illa ſicut pncipiū mo-  
tus. Amplius autē eadē contrariorū eſt cauſa. Que em̄ p̄ſens  
cauſa huius eſt. hanc et abſentē cauſam contrarij. vt abſentia  
gubernatoris nauis ſubmerſionis. cuius erat p̄ſentia cauſa ſa-  
luis. Omnes autē nunc dicte cauſe in quattuor incidunt mo-  
dos manifeſtiſimos. Elementa em̄ ſyllabarū et materia vaſo-  
rum. et ignis et huiusmodi corporum. et partes totius et ſup-  
poſitōnes conſuſionis ſicut ex quo cauſe ſunt. Harū autē he-  
quidē ſunt ſicut ſubiectū et partes. Alie autē ſunt ſicut q̄s quid  
erat eē. et totū et cōpoſitio et ſpēs. Semen autē et medicus et con-  
ſilians et omnino faciens ſunt vnde pncipiū mutatōnis aut  
ſtatū aut motus eſt. Alia autē ſicut finis et bonum aliorum.

## Secūdus liber

**Queritur** Utrū sint tm̄ quattuor genera causarū. Arguitur q̄ nō. q̄ finis est cā causarū. ḡ alie cause s̄ effectus. ḡ nō sunt quattuor genera causarū. Secūdo sic. ille cause q̄ cōsīdunt nō sunt diuerse cause. s̄ forma et finis cōincidunt. ḡ nō sunt diuerse. Tercio sic. phisicus h̄z cōsiderare naturā. sed natura solū d̄ materia et forma. ḡ phisicus nō h̄z cōsiderare quattuor causas. In op̄positū est phus in textu. Pro responsione ad questionē est. Sciendum p̄mo q̄ post q̄ phus in tercio tractatu ostendit de q̄bus scia natural' h̄z cōsiderare. Hic p̄sequenter ostidit ex q̄bus causis demonstrat. et anteq̄ ostendat numerū causarū. p̄mo pbat q̄ ad phisicum p̄inz cōsiderare de quattuor causis. q̄ negotiū phisicū est gr̄a sciendi et nō gr̄a opandi. s̄ tunc arbitramur rem scire cū causas eius cognoscimus. ḡ ad phisicum p̄inet cognitio et cōsideratio causarū. cuiuslibet mutatiōnis naturalis ut quālibet trāsmutatiōem et q̄libet cōpositū sciat in sua p̄ncipia reducere. Et q̄ habeat cōsiderare quattuor causas. pbat. q̄ in om̄i trāsmutatiōne phisica aliqd̄ subūct. s̄ materia. et p̄ tale trāsmutatiōem acq̄ritur aliqd̄ sc̄z forma et ois motus. et mutatio est ab aliq̄. s̄ ab efficiente. 2 oē agens agit ut p̄motū ab aliquo. s̄ a fine. ḡ cōsiderans motū h̄z cōsiderare quattuor causas. Sciendū sc̄do. q̄ cā d̄ quattuor modis. p̄mo mō d̄ cā illud ex quo fit aliqd̄ cū infit. et hec est cā materialis. ut es est cā staturae. et elemēta syllabarū. et simplicia corpa mixtorū. et ps̄ totius et p̄missae cōclusionis. et hoc nō est fm̄ se totas. s̄ inquantū in ip̄is sunt termini cōclusionis. q̄ si p̄missae cōsiderent ut h̄nt virtutē inferendi cōclusionē sic reducunt ad genus cause efficientis. Et dicebat cū infit. p̄pter p̄uatiōem que nō est in re facta. Et ponit fit. et nō est. q̄ phisicus nō cōsiderat materiā absolute. sed ut est p̄ncipiū esse rei et fieri p̄motū et trāsmutatiōnem. Secūdo mō d̄ cā spēs et exemplar. et hec est ratio illius qd̄ qd̄ erat esse. et hec est forma ut istius p̄portōnis musice que dicitur dyapason. p̄pria forma ē p̄portio dupla. et eius cā remota ē p̄portio numeralis. et s̄ p̄tes definitōnis sunt forme. Et d̄ forma species et exemplar. p̄pter diuersitatem op̄inionum de ip̄a. quidam em̄ ut platonici posuerunt formas extra singularia. et fm̄ hoc dicitur exemplar. et phus videtur isto modo loquendi. quia nondū reprobaui illam op̄ionē. Alij vero posuerūt formas naturales existentes in materia determinantes materiā ad certū gradum entis et certam spēm. ideo forma spēs dicitur. Et d̄ q̄ est rō illi qd̄ qd̄ erat esse et melius q̄ diceretur q̄ quid est. q̄ per illum modum loquendi importatur prioritas cause formalis ad effectū. Tercio mō d̄ cōsideratur causa illud quod est p̄ncipiū vnde motus. et hec est cā efficiens ut consiliāns est causa consiliāri. et pater filij et faciēns facti. cōmuranus cōmuranus. et medicus sanitatis et semen generatiōis rei qd̄ nō intelligit de semine femelle sed de semine masculi qd̄ reducitur ad causam efficientē p̄ quanto in semine est virtus generantis p̄ quam p̄. p̄ducere formas substantiales. et circa hanc causam ponit Auicenna quadruplex efficiens. qd̄ d̄ em̄ est p̄ficiens qd̄ cōplet et p̄ficiat materiā dando formā vtriusq̄. Aliud est p̄parans qd̄ disponit materiā ad receptiōem forme et nō ad vtriusq̄ formā. Aliud est coadiuuans qd̄ nō agit ad finē p̄riū s̄ ad

# Physicorum

finē alterius. Aliud est p̄silians qđ reperitur in agentibz fm̄ p̄positum.

Quarto dicitur cā illud cuius grā sit aliqd. et hec est cā finalis vt sanitas est cā ambulatōis. Et qđ finis est cā p̄bat p̄bz. qđ illud est cā qđ respōdetur ad questōnē factā p̄ p̄ter qđ. s̄z si querat̄ quare aliqđ ambulat. respōdetur vt sanet. s̄z finis est cā et ad rōnem finis requiritur qđ sit qđ vltimū mūm. nō tñ oportet qđ sit qđ vltimū simplr. s̄z sufficit qđ sit vltimū respēctū alicuius p̄oris finis. vñ om̄ia qđ sunt inter p̄mū p̄ncipiū mouēs et vltimū finē simplr s̄z fines respectu p̄cedētū z p̄ncipia respectu sequētū vt intermedia inter medicū et sanitatē. sanitas em̄ est finis mactei. mactēs purgatōnis. et purgatio porionis z potio est finis organoz quibus p̄paratur. et licet finis habeat rōnem boni nō tñ sp̄ requiritur. vt dicit p̄bz qđ illud sit bonū simplr sed sufficit qđ sit bonū simplr vel apparatus. Sc̄i endū rēcio. Q̄ tres sunt p̄prietates causarū qđ sequunt̄ ex p̄dictis. Pr̄ma qđ eiusdē rei sunt plures cause p̄ se vt statue statūfica est cā efficiens et es est cā materialis. Et etiā in eodē genere cause eiusdē rei p̄nt eē plures cause subordinatē. Sc̄da p̄prietas est qđ cause sunt s̄b̄iūnicē cause nō tñ fm̄ idē genus cause. sicut ambulatio est cā efficiens sanitatis. z sanitas est cā finalis deambulatiois. Tercia est qđ idē qđ est cā p̄trariōrum vnius p̄ se z alterius p̄ accūs. vt gubernator nauis in sua p̄sentia est cā saluatōis nauis et in sua absentia est cā submerisionis eiusdē. Isti notatis sequitur responsiua. Conclusio. Tantū sunt quattuor modī essentialēs vel quattuor genera causarū. Probat p̄bz hanc p̄clusionē inductiue ostendendo qđ om̄is causa alicuius effectus potest reduci ad aliquā istarum causarū et facit inductōnem per exempla p̄us posita. Probat etiā sic p̄bari per sufficientiam. Quia om̄is causa vel est intrinseca vel extrinseca. Si p̄mum hoc est dupliciter. vel sub̄iicitur motui z sic est materia. vel acquiritur per motum et sic est forma. Si extrinseca hoc est dupliciter. vel est p̄ncipiū vnde motus. et sic est causa efficiēs. vlt̄ gra cuius sit motus. et sic est finis. ¶ Dubitatur p̄mo. Vtrū p̄es definitōnis reducantur ad genus cause formalis. Arguitur qđ nō. qđ materia est de quidditate et definitōe rei naturalis. igitur. Ad dubiū breuiter respondetur qđ si partes definitōnis comparent ad sup̄positum nature quam definiūt habent rātionē forme. sed si compentur ad naturam quam definiunt inquantū sunt p̄es eius. vel etiā definitōnis sic habent rātionē materie. qđ om̄is pars comparata ad totum habet rōnem materie. Ad obiectōnem dicitur qđ materia in cōmuni que ponitur in definitōne rei capitur vt actuata est per formam et sic habet rātionē forme. ¶ Dubitatur sc̄do. Quare p̄bz magis p̄bat de fine qđ sit cā qđ de alijs. Ad dubiū dicitur qđ causa est. qđ causalitas finis est magis occulta eo qđ nō est causa rerum nisi fm̄ esse quod habet in intentōe nam fm̄ esse quod habet in re habet rātionē vltimi.

**Ad rōnes** Ante oppositum Ad p̄rimam dicitur qđ licet s̄z nis sit causa causarum quantum ad actum can sandi. non tamen quantum ad speciales modos causandi z per illos modos distinguuntur. Ad sc̄dam dicitur qđ forma et finis generatōnis

## Secundus liber

materialiter coincidunt. sed non formaliter. quia dicitur forma respectu eius  
positi. et dicitur finis respectu motus vel intentionis vel executionis agentis.  
Ad tertiam dicitur quod licet proprie capiendo naturam solum dicat  
de materia et forma. tamen si capiatur communiter. ut dicit quodcumque prin-  
cipium motus sic se extendit ad causas extrinsecas

**¶** Que enim est cuius causa potissima est et finis aliorum bo-  
num voluit esse. Differt autem nihil eandem dicere bonam  
vel videri bonam. Causa autem igitur hec et sunt tot specie

**Queritur** Utrum finis sit causa causarum. Arguitur quod  
non. et hoc contra suppositum. quia finis non est principium  
primum. quia habet rationem ultimi. ergo non est causa. Secundo sic. causa est  
ad cuius esse sequitur aliud. sed ad esse finis nihil sequitur. sed ipse sequitur illud  
quod est ad finem. ergo non est causa. Tertio sic. Quod est causatum ab alio non est  
causa. sed finis ab efficiente causatur. ergo non est causa. Quarto sic a causis in-  
trinsecis que sunt materia et forma magis dependet esse rei. ergo finis non  
est causa causarum sed potius forma. In oppositum arguitur per philosophum qui dicit  
Que enim est cuius causa potissima et finis aliorum bonum voluit esse pro res-  
poncione Sciendum primo Quod finis potest dupliciter considerari. Uno  
modo finis esse quod habet in intentione agentis. Alio modo finis esse quod habet extra animam  
et in executione operis. id est difficultas est. utrum ratio cause cooperetur finis finem esse quod  
habet extra animam vel finis esse quod habet in intentione agentis. et finis hoc respon-  
det Egidius de gandauo in quodam tractatu quem fecit de causalitate ipsius  
finis. in cuius fine dicit gausus est animus meus de reptione calitatis  
ipsius finis. quam causalitatem sic assignat quod finis finem esse quod habet in in-  
tentione moueris non habet alium modum calitatis a calitate efficientis ut cognos-  
tio sanitatis in medico efficit in eo desiderium sanitatis ad quod desiderium se-  
quitur motus et operatio ad sanitatem. et sic ymaginat quod finis intentus motus  
uer per modum cause efficientis. sed finis finem esse quod habet extra animam  
cooperetur propria ratio calitatis distincta a calitate efficientis et aliarum causarum. Et ad  
hoc adducit aliquas rationes quarum prima est. nam de ratione finis duo sunt  
scilicet quod est quid optimum et quid ultimum. sed hec duo finis competunt finem  
esse quod habet extra animam. et non finem esse quod habet in intentione  
agentis. igitur. Secunda ratio. illud dicitur finis quo habito cessat motus  
et operatio ordinata in finem. sed sic est de fine finem esse quod habet ex-  
tra animam. igitur. Tercia ratio est hec. quia si aliquis tendat ad alium  
quem finem et illum non consequitur finem suum esse reale extra animam di-  
citur frustrari suo fine quous habet finem in intentione sed hoc non esset  
nisi finis finem esse suum quod habet extra animam compereret ratione cause.  
Sciendum secundo. Quod iste auctorum duplici errore gausus est. primo erro-  
re proueniente ex ignorantia huius quod finis intentus dicitur mouere effi-  
cientem non proprie sed metaphorice. mouere enim proprie est actus effi-  
cientis qui quidem actus se habet per modum fluentis et transeuntis

## Physicorum

in alterū sed mouere ipsius finis est mouere metaphorice. scz mouere per modum amari et desiderari. Secōdo deceptus est p̄dictus artifer qz nescit uir distinguere de fine. vt finis est et terminus et de fine vt est causa. nā si ni vt finis est conuenit ratio v̄tini et termini et hoc fm̄ esse quod habz extra animam fm̄ quod esse nō habet ratiōem cause. sed effectus efficiētis. Et ita bene probant ille ratiōes qz fini fm̄ esse extra animam com̄petit ratio finis et termini sed si finis consideret vt causa fm̄ hoc habz ratiōem p̄tini. et hoc modo p̄uenit om̄es alias causas in causando. s. mouendo efficiens. et hoc fini conuenire non potest nisi fm̄ esse quod habet in intentōne agentis. Et p̄dictis patz qz finis fm̄ esse quod habet in intentōne efficientis habet ratiōem cause nō tamen absolute. sed p̄ respectum ad esse reale finis quod habet extra animā. Sed fm̄ esse qd̄ habet in executōne opis habet ratiōem effectus efficientis. Istis notatis ponitur. **Conclusio.** Finis est causa causarum. **Qz** sic causa prius patz ratiōe p̄bi. Et qz sic causa causarū patz. quia illa causa que p̄uenit om̄es alias causas in causando et sine qua alie cause nō causarent est causa causarum. sed sic est de fine. qz materia cum sit pura potētia nō potest reducere se ad actum. ergo oportet qz reducatur ab aliquo efficiente. sed efficiens nō inchoat motum nisi motum a fine. ergo causalitas finis p̄uenit causalitatem efficientis. ergo p̄uenit causalitatem materie et forme et sic est causa causarū. **Dubitatur** circa p̄dicta Quotuplex ordo potest reperiri in causis. **Ad** dubium respondet Albertus qz quatuor duplex est ordo causarū. Primo modo ordinatur fm̄ p̄p̄nitatez ad suum effectum et hoc modo materia est prima. qz in naturalibz res causantur per motum cuius materia est subiectum. et qz forma intrinsece cōplet et perficit materiā. ideo fm̄ hunc ordinē forma est sc̄da causa et efficiens est illud quod ducit materiā ad formam. p̄pter hoc efficiens ē tertia causa et finis qui mouet efficientem est quarta causa. Secōdo modo ordinari possunt quantū ad interōnem cause et actū causandi. et tunc illa dicitur p̄t̄ cui p̄mo conuenit causare. et qz materia non ducit seip̄am ad formam. sed ab efficiente ducit. et efficiens nō mouet nisi motū a fine. ergo fm̄ hunc ordinem finis est p̄ma causa p̄ueniens om̄es alias causas in causando. sc̄da efficiens. tertia forma. quarta materia. Tercio modo possunt ordinari quantū ad esse sic qz illa dicitur p̄t̄ que p̄mo habz eē extra animā. et hoc ordine efficiens est p̄ma. deīdo materia. et tertia forma. et vltima finis. Quarto modo ordinant quantū ad ratiōem p̄ncipiū p̄ij mouendi. et qz om̄e mouens mouet p̄ formā q̄ est sibi p̄ncipiū et ratiō mouendi. ideo fm̄ hunc ordinē p̄ma causa est forma. sc̄da efficiens. tertia finis. et quarta materia. Et p̄dictis patz qz licet fm̄ p̄p̄nitatez qd̄ rē causarā materia sit p̄ma et quantū ad esse efficiens sit p̄ma. et forma quantū ad ratiōem mouēdi. tñ intentio cause p̄mo cōuenit fini. ita qz p̄us sibi cōuenit causare q̄ alijs causis et causalitas eius p̄uenit causalitatem om̄i causarū. et p̄ hoc soluit quarta ratio ante oppositum. alie autē ratiōes facte solute sunt ex dictis.

**Modi autē causarū numero quidem sunt multi: Capitales**

## Secundus liber

aut et huiusmodi minores. Dicuntur autem cause multipliciter Et ipsarum similium specierum et prius et posterius alterius. ut sanitatis medicus et artifex et dyapason. duplicem et numerum et semper continentia ad unumquodque. Amplius autem secundum finem accidens et horum genera. sicut statue et aliter polidectus. et aliter statuam faciens. quoniam accidit statuam facienti polidectum esse. Et continentia autem accidens. ut si homo causa sit statue aut omnino animal Sunt autem accidentia alie alijs longius et propius. ut si albus et musicus causa dicitur statue.

Præter autem omnes et proprie dictas et secundum finem accidens. alie quædam sicut potentes dicuntur. alie vero sicut operantes. ut edificandi domum edificator. aut edificans edificator. Similiter autem dicuntur et in quibus cause que sunt cause in his que dicta sunt. ut huius statue aut statue. aut et omnino ymaginis et eris huius aut eris. aut et omnino materie. et in accidentibus similiter est. Amplius autem complexæ et iste et ille dicuntur ut non polidectus neque statuam faciens. sed polidectus statuam faciens. Sed tamen omnes he sunt multitudine quidem sex. dicte autem dupliciter. aut enim sicut singulare. aut sicut genus. aut sicut accidens. aut sicut genus accidentis. aut sicut complexæ he. aut sicut simpliciter dicte. Omnes autem actu operantes aut secundum potentiam sunt. Differunt autem tantum quod operantes quidem et singulares simul sunt et non sunt. et quorum sunt cause. sicut hic medicans cum hoc qui sit sanus. et hic edificator cum hoc edificato. Que autem sunt secundum potentiam non semper. Corruptum enim non sunt domus et edificator. Oportet autem semper causam uniuscuiusque summam querere sicut et in alijs. ut homo edificat quoniam edificator est. edificator autem secundum finem edificatiuam. Hec autem prima causa est. et sic in omnibus. Amplius autem alie quædam genera sunt generæ. alie autem singulares singularium. ut statue statuam quidem faciens: Hic autem huiusmodi et dicitur quidem possibilem operantes autem ad operata. Quod quidem dem igitur cause sunt nobis determinata sunt sufficienter.

**Queritur** Utz agentia naturalia solū præparant materiam et primum efficiens eam perficiat. Arguitur primo quod sic. quod primum efficiens efficit per suam essentiam et non per aliquod sibi additum. ergo in materia attingit formam subalternam rei. et sic agentia naturalia solū præparant materiam

## Physicorum

tertia ad formam. Secundo sic in efficientibus essentialiter subordinatis. secundum non efficiunt nisi per virtutem primi eo quod a primo habet quod sit et quod sit efficiens. In omnibus efficientibus est virtus primi efficientis perficiens materiam dando et formam et esse. et per consequens secunda efficientia solum preparent materiam. Tercio sic agentia naturalia sunt qualitates prime que sunt accidentia. scilicet accidentia non preperunt formam subalem. quia agerent ultra gradum primum. Ergo tales qualitates solum materiam preparent. Quarto sic. Omne calidum est a primo calido. et omne frigidum est a primo frigido. ergo omne esse est a primo esse. sed primum esse est primi efficientis. ergo omne esse est a primo efficiente. et per consequens agentia secunda non attingunt rei esse necque formam substantialem cum ipsa sit ratio essendi et sic solum preparent materiam. In oppositum arguitur. quia agens transmutans materiam ad formam tangit materiam. sed solum agens proximum quod est naturale tangit materiam. ergo illud transmutat materiam. educendo formam substantialem de potentia materie. Item arguitur agens uniuocum generat sibi simile secundum speciem sed hoc non faceret nisi attingendo formam sibi similem in specie. Pro responsione est. Sciendum primo. quod propter rationes ante oppositas Avicenna posuit quod agentia naturalia solum preparent materiam ad susceptionem forme et primum efficiens materiam perficit sic disposita dandis sibi formam et esse. sed huic positioni contradicunt plures periphetice dicentes quod forme subales non veniunt simpliciter ab extra a datore formam sed per virtutes agentium naturalium educuntur de potentia materie in actum quas opiniones volens concordare Albertus dicit. quod veritas aliquid continet veritatis. quia virtus primi agentis potest dupliciter considerari. Uno modo secundum essentiam. et sic ipsa est una per essentiam in omnibus mouentibus que tamen primo et principaliter est ipsius primi mouentis et sic ut dicit intelligitur positio Avicenne scilicet quod primum efficiens perficit materiam. quia virtus qua perficitur primo et principaliter est primi mouentis. Alio modo potest considerari secundum esse et sic non est eadem virtus in omnibus mouentibus. quia variatur secundum esse in quantum in diuersis mouentibus reperitur et huius dat exemplum naturale. ut eadem lux est per essentiam que in dyaphano recepta dicitur lumen et in corpore terminato dicitur color et secundum diuersas dispositiones corporum terminatorum color diuersificatur. Aliud exemplum artificiale dat ut eadem est regula per essentiam que secundum diuersa esse in lineis rectis et nodosis recipitur similiter virtus primi mouentis est eadem per essentiam in omnibus mouentibus variata solum secundum esse propter diuersa esse recipientium. et quia agere insequitur esse ideo convenientius dicitur quod agentia naturalia non solum disponunt materiam. immo ipsam perficiunt attingendo formam et esse rei. Sciendum secundo. Quod si Albertus intelligat quod essentia primi mouentis sit eadem in omnibus secundariis efficientibus sic quod primum efficiens communicet in virtute agendi eadem secundum essentiam cum secundariis efficientibus. in hoc non est tenendus. quia primum efficiens non communicat cum alijs in aliquo uniuoco sed solum habet cum ipsis unitatem analogie. Ideo dicitur in libro de causis quod prima causa regit omnes alias res absque hoc quod com-

## Secundus liber

miscet cū eis. Sed si intelligat q̄ om̄e agens sc̄dm̄ habet virtutē agens  
di a primo in hoc bene dicit. Tunc sic talis **Conclusio** Agentia natura  
alia non solum disponunt materiā sed ipam̄ pficiūt dādo sibi formā  
virtutem. patet conclusio. q̄ ad bonitatem primē causē prinet nedum vt  
rebus det formas p̄ quas existunt immo vt ip̄s det virtutes per quas  
se cōmunicare possint producendo res sibi similes fm̄ sp̄m̄. igitur zc̄.

Sec̄do sic. dāns formam dat per se omnia p̄sequentia ad formam. sed  
operatio est vnum de p̄ se p̄sequentibz formā rei. ergo dāns formāz dat rei  
virtutem p̄ quā potest exercere suam p̄p̄iam z naturalem operatōem sed  
p̄p̄ia operatio cuiuslibet rei est se cōmunicare. p̄ducendo sibi simile vt fm̄  
sp̄m̄ si sit agens vniūocū. aut fm̄ virtutem si sit agens equocū. ergo agē  
tia naturalia habent virtutes producendi sibi similia fm̄ sp̄m̄ z fm̄ vir  
tutem et sic nedum disponunt materiā sed etiam perficiunt educendo  
formā de potentia ad actum. qūis tamē om̄e agēs naturale habeat formā  
mā et esse et virtutē agendi a p̄mo efficiente. **Ubi** aduertendū est  
q̄ p̄mum agens p̄currit quadrupl̄ ad actōem cuiuslibet agentis natu  
ralis **Primo** dādo agenti naturali formā et virtutē. **Sec̄do** p̄fer  
uando formā et virtutē in esse **Tercio** mouēdo agens sc̄dm̄ applicā  
do ad p̄p̄iam eius operatōez. **Quarto** p̄currit coniungendo operatōem  
sc̄di agentis p̄p̄io effectui primū agentis. quia vt statim dicitur cuiuslibet  
causē correspondet p̄p̄ius effectus. vt causē particulari effectus parti  
cularis et causē vniūersali effectus vniūersalis et q̄ esse est vniūersalissī  
mum. ideo esse est effectus p̄portionatu s primē causē quem effectum ne  
cessario p̄supponit actio secundi agentis suo proprio effectui. z sic prima  
causa coniungit operatōem sc̄de causē effectui p̄p̄io et sic vnus effectus  
qui est ex operatōe primū agentis et ex operatōe sc̄di differunt solum  
fm̄ diuersos gradus sue perfectōnis. **¶** **Dubitat** p̄mo. quot sunt  
modi accidentales causaz. **Responder** p̄hus q̄ licet in qualibet specie  
sint plures modi causaz in numero tamē si colligant in quadā summa z  
capiant p̄ncipaliores tunc erunt pauciores et ipos sic colligit **Aristote**  
les ponendo quattuor diuisiones. **Prima** est. q̄ causaz eiusdem sp̄c̄i  
quedam est p̄or et vniūersalior. alia est posterior et magis p̄p̄ia vt in cā  
efficiente causa p̄p̄ia sanitatis est medicus et causa vniūersalis est ar  
tifer similiter in causa formali p̄portio dupla est causa p̄p̄ia dyapason  
et causa cōmunis est p̄portio numeralis. et similiter posset exemplificari  
de alijs. vnde hic est sermo tā de vniūersalitate p̄dicatōis. vt in exemplis  
positis q̄ de vniūersalitate causalitatis. vt dicimus solē esse causam vni  
uersalem calefactōnis. ignem vero posteriorem z p̄p̄iam. **Secūda**  
diuisio est. q̄ in eadem specie causē reperitur causa per se et causa per acci  
dens sicut statue causa per se est statue factor. et policletus est causa  
per accidens. et sicut in causis per se reperitur causa vniūersalis et parti  
cularis. ita in causis per accidens. vt homo dicitur causa vniūersalis  
per accidens statue et animal diceretur magis vniūersalis causa et inter  
causas. per accidens quedam se habet propinquius et quedam remoti  
us. quia causa per accidens dicitur que coniungitur causē per se et non est  
deratione eius et hoc contingit quādo q̄ propinquius z quādo q̄ remo

## Physicorum

tius vt si statufica fit albus et musicus. album qđ est in corpore est res  
motius qđ musicum quod conuenit anime cui primo conuenit ars facien  
di statuiam. Tertia diuisio causarū eiusdem speciei quedam complexa  
est et quedā incopleta. Exempluz primi. vt policleus. s statuarz facies. sed  
cūdi. vt alterū illozū per se. Quarta diuisio est causarū eiusdē speciei qđ  
dam est in potētia vt domificator est cā effectiua domus. alia est causa in  
actu. vt domificans dicitur causa in actu. nā domificator dicitur qui hz artem  
domificandi. et domificās dicitur ille qui actu domificat siue operat et sicut da  
te sunt ille differentie ex pte causarum ita dari possunt ex pte effectuum.  
Et vt dicitur in textu si velimus reducere predictos modos ad certuz  
numerum oportet accipere tres pmas diuisiones que faciūt sex modos  
et quālibet modū diuidere per actum et potētiā fm quartā diuisionem  
et sic habemus duodecim modos causarū qui reperiunt in qualibet spe  
cie cause non variādo specie et ideo modi accidentales dicuntur.

**Q**uod ubi scdo. vtruz proprietates sequētes illas diuisiones causa  
rum sint in textu bene assignate. Respondetur qđ sic. vnde prima est qđ  
cā in actu et causa in potētia inter se differunt in hoc qđ cause in actu p  
culares et proprie simul sunt et non sunt cum suis effectibz. vt hic medis  
cans cum isto qui sanatur. Sed cause in potētia non sic simul sunt cum  
suis effectibus. vt domificator potest esse sine hoc qđ sit vel fiat domus  
econuerso. ex qua differētia pte. qđ sicut agentia naturalia que sunt cause  
rerum qđrum ad fieri simul sunt cū illis que fiunt quam diu fiunt. ita nes  
tesse est primū agens quod est causa rerū in actu quantum ad esse siml  
esse cū quolibet esse rei in actu. ita qđ si diuina virtus suam actionem abs  
traheret a rebz immediate in nihilū deciderēt sicut remota presentia fos  
lis immediate remouetur lumē ab aere. Secūda proprietates est qđ in cog  
nitione cuiuslibet rei oportet primā et summā causas querere ita vt si  
causa rei sit effectus alterius cause ad hoc qđ cōplete res cognoscat opoz  
tet cognoscere illam aliam cām vsqz ad summā in illo ordine et ratio huius  
est. qđ effectus non potest pfecte sciri nisi sciatur eius prima cā a qua p  
cipaliter suū esse depēdet. Tertia proprietates est cuiuslibet cause p  
correspondet proprius effectus vt cause vniuersali effectus vniuersalis  
et cause in potētia effectus in potētia. et cōs.

**Ad rōnes** Ante oppositum. Ad primā dicitur qđ si imēdia  
te dicat imēdiationē virtutis primū agens ime  
diatius attingit pnam formā rei qđ agēs pculare quod habet pntem  
agendi a primo. Sed si imēdiate dicat imēdiationē suppositoziū sic agēs  
pculare attingit imēdiatius. Ad secundā dicitur qđ in secundis effi  
cientibz non solum est virtus primū agētis vt causa in suo effectū sed cuz  
hoc agēti secundario data est virtus a primo cōicandi suā formā alteri. id  
agens naturale potest dici pficiēs licet ad suam operatōnem virtus primū  
mi agentis concurrat. Ad tertiam dicitur qđ qualitates prime non  
attingunt formā substantiale in virtute propria sed bñ in virtute forma  
rum substantialium quarum sunt instrumenta. Ad quartam dicitur  
qđ esse cuiuslibet rei dependet et causatur a primo sed non sequitur ex hoc

## Secūdus liber

q̄ non causet a secūdo agere. q̄ in essentialiter subordinatis idē effectus  
realiter s̄m tamen diuersas ratōnes eius est ab efficiente vniuersali ⁊ p̄  
ticulari v̄puta s̄m vniuersalissimam ratōem eius que est esse ē a causa  
vniuersali ⁊ s̄m p̄p̄iam ratōnem eius que est tale vel tale esse a causa p̄  
p̄ia et particulari.

Incipitur at fortuna et casus de nūero cārū cē Et multa ⁊  
eē ⁊ fieri p̄pter fortunā ⁊ p̄pter casum. Quo igit̄ mō in  
his causis est fortuna et casus. et vtrum idem sit for/  
tuna et casus. aut altera. et omnino quid sit fortuna et casus cō/  
siderandū est. Quidam em̄ si sint an non dubitant. Nihil  
em̄ fieri a fortuna dicunt: sed omninū esse aliquā causam deter/  
minatam. quecūq; nos dicimus a casu fieri aut a fortuna. vt  
veniendi a fortuna in forum. et reperiendi quem volebat ⁊ quē  
nō est opinatus ante. causa est venientē velle emergere. Simili/  
ter aut̄ et in alijs que a fortuna dicuntur semper est aliquā acci/  
pere causam. sed non fortunam. Quonā si aliquid erit for/  
tuna. inconueniens vtiq; videbitur sicut et vere est. Et dubi/  
tabit vtiq; aliquis. propter quid nullus antiquorū sapientum  
causas de generatōne ⁊ corruptōe dicens de fortuna nihil de  
terminauit. Sed sicut visum est nihil opinabant̄ neq; illi ali/  
quid esse a fortuna. Sed et mirabile hoc videbitur sicut ve/  
re est. Multa enim et sunt et fiunt a fortuna et a casu. que non  
ignorantes quoniam est inferre vnūquodq; in aliquam cau/  
sam eorum qua fiunt. sicut antiqua ratio dixit destruens fortu/  
nam et casum. Tamen horū alia quidem dicunt esse om̄es  
a fortuna. alia non a fortuna. Unde et quodāmodo erat ipsis  
facienda memoria. At vero neq; illorū aliqui opinabantur  
esse fortunam vt amiciciam aut litem aut ignem. aut intellectū  
aut aliquid talium. Inconueniens igitur est siue non puta/  
uerunt esse. siue putantes reliquerūt. et hac aliquando vtētes  
sicut Empedocles nō semper aerem congregari superius di/  
cit. sed vt contingit. Dicit em̄ in mundi creatōne q̄ sicut colli/  
sit se currens tunc multotiens aut̄ aliter. Et partes animalū  
aut a fortuna fieri plurimas. Sunt aut̄ q̄dam q̄ celi huius et  
mūdanoꝝ omninū casuz eē cām asserunt. A casu em̄ fieri volun/  
tatem et motum discernentem et statuentem in hunc ordinē  
omne. Et multum hoc ammiratōne dignum est dicentes

## Physicorum

animalia quidem et plantas a fortuna nec esse nec fieri. sed aut naturam aut intellectum esse. aut huiusmodi alteram causam. Non enim quoniam euenit ex semine vnoquoque aliquid fit. sicut ex tali quidem oliua. ex tali autem homo. Celum autem et diuina manifestum a casu non fieri. Huius autem causam nullam qualem animalium et plantarum. Et igitur si sic se habet hoc ipsum dignum est insistere. et bene licet aliquid dicere de hoc ipso. Quomodo enim eo quod aliter inconueniens est quod dicitur adhuc inconuenientius dicere hoc. videntes quidem in celo nihil casu fieri. In his autem que non sunt a fortuna multa contingere a fortuna: et ergo erat merito e contrario fieri.

Sunt autem quidam quibus videtur esse quidem casus et fortuna. Immanifesta autem humano intellectui tanquam diuinum quoddam ens. et felix. Quare considerandum est quid sit vtrumque. et si idem aut alterum sit et casus et fortuna. et quomodo in determinatas causas incidunt.

**Queritur** Utrum aliquid posset esse a casu vel a fortuna. Arguitur quod non. Quia videtur dicitur plato in thymeo nihil est ortum sub sole cuius causa legitima non potest sed quod habet causam legitimam per se fit et non a casu vel a fortuna. ergo nihil potest fieri a casu vel a fortuna. Secundo sic. omne quod vere est et non est causa est vere causa. sed quod in materia vel intellectu est vere et non est causa. ergo est causatum. sed quod est vere causatum habet veram causam. ergo omne productum habet veram causam. ergo nihil fit a casu et a fortuna. Tercio sic. sicut omne ens per accidens reducat ad ens per se. ita omnis causa per accidens reducitur ad causam per se. ergo omne quod fit fit a causa per se. sed quod est a causa per se non est a casu vel fortuna. igitur. Quarto sic. In tota natura est vnum primum regens omnes causas particulares ipsas ordinando ad determinatos fines sed quod est ordinatum ad determinatum finem determinate agit et non potest agere casualiter aut fortuite. ergo nihil fit a casu vel a fortuna. Quinto sic. Deus scit euenire omnia que eueniunt. sed scientia dei est immutabilis. ergo scit omnia euenire immutabiliter. ergo nulla eueniunt casualiter vel fortuite. In oppositum est per philosophum in textu. Pro responsione. Sciendum est primo postquam philosophus determinauit de causis per se et manifestis. Consequenter determinat de quibusdam immanifestis et per accidens reducibilibus ad causas per se et manifestas que quidem cause per accidens sunt casus et fortuna. Circa quas primo philosophus inquit an sint casus et fortuna. Secundo quid sint. Tercio an sint idem an differant. Quarto ad quam causam determinata reducuntur et ad determinandum de ipsis questionem si est. philosophus recitat tres opiniones philosophorum antiquorum. Sciendum secundo. Quod aliqui dixerunt casus et fortuna omnino non esse nihil fieri a casu et fortuna perfirmantes suum dictum duabus rationibus. Prima est quod

## Secundus liber

omnia que dicimus fieri a casu vel fortuna habent aliquam causam per se et de-  
terminatam. ut si aliquis vadat ad forum causa emendi aliquid et debi-  
torem inueniat quem non opinabatur inuenire dicimus illam inuentorem  
esse a fortuna et tamen habet causam per se que est voluntas aliquid emendi.  
ergo inuentio debitoris non est a fortuna. et similiter in alijs. Sed ad istud  
dicitur quod voluntas emendi est causa per se respectu emptionis vel mos-  
tus ad forum sed est causa per accidens respectu reparationis debitoris.

Secundo arguebant testimonio antiquorum. Quia antiqui de causis gene-  
rationis et corruptionis determinantes de casu et fortuna nullam men-  
tionem fecerunt quod tamen mirabile videtur si casus et fortuna aliquid sint  
cum de omnibus causis videant determinasse. ergo casus et fortuna nihil sunt.  
Sed ad hoc philosophus respondet quod nedum mirabile videtur sed etiam vere  
mirabile est quod antiqui nullam mentionem fecerunt de casu et fortuna. Et  
in hoc defecerunt quod probat philosophus quia dixerunt se determinasse de omnibus  
causis eorum que fiunt. et tamen multa fiunt a casu et a fortuna. Quis ali-  
qua possunt reduci ad aliquam causam per se ergo defecerunt nihil determi-  
nando de casu et fortuna. Secundo sic quod vel opinati sunt casum et fortunam  
nihil esse et sic est inconueniens ipsis uti casu et fortuna quod tamen facit  
Empedocles. dicens quod in creatione mundi aer casualiter mansit in loco  
ubi est etiam debuisset ostendere casum et fortunam nihil esse. Secunda  
opinio quorumdam dicentium casum et fortunam esse in celestibus et non esse in  
his inferioribus. Et ratio est. quod ortus et occasus solis reuolutiones planetarum  
et eclipsis solis et lune non eodem modo sunt secundum tempus. Quia videntur esse a casu. sed  
in istis inferioribus omnia videntur fieri a causa determinata ut ex semine homi-  
nis generatur homo et non aliud et ex semine oliue generatur oliua et sic  
de alijs. ergo in istis inferioribus nihil fit a casu et a fortuna. Sed hanc opi-  
nionem improbat philosophus dupliciter. primo quia multum mirabile est si ani-  
malia vel plante non fiunt a casu vel fortuna tamen celum et ea que sunt dis-  
tinctiora animalibus et plantis fiunt a casu vel a fortuna. Tertio sic. quia  
nos manifeste videmus quod in celo nihil fit a casu et quod in istis inferioribus  
multa fiunt a casu. ergo merito contrarium illius opinionis dicendum  
erat. Tercia fuit opinio quod fortuna est quedam causa diuina immani-  
festa intellectui humano in cuius potestate est felicitas. et ergo in eius  
genium statuerunt ydolum depictum supra rotam propter fortune volubili-  
tatem et cecam propter improvidentiam fortune. et depingebant album in fa-  
cie anteriori quo scabant bonam fortunam et nigrum in facie posteriori quod  
designabant malam fortunam et hec opinio fatua est nec eius reprehensio  
ad philosophum naturalem pertinet. quare hic philosophus ipsam non reprobat.  
¶ Dubitatur. Utrum aliquid fiat simpliciter a casu vel a fortuna.  
Pro quo notandum est quod ut dicit Avicenna omne quod fit potest com-  
parari ad duplicem causam. scilicet vniuersalem et particularem. contingit igitur  
quod aliquid fiat a casu vel a fortuna respectu cause particularis et non  
respectu vniuersalis. Ratio est quia causa vniuersalis ad plura se exten-  
dit quod causa particularis. ideo aliquid cadere potest sub intentione cause  
vniuersalis quod est preter intentionem cause particularis. Ex quo  
sequitur quod nihil fiat a casu vel a fortuna respectu cause vniuersalis sunt

## Phyfico runt .

placiter. quia eius effectus sibi proportionatus est esse. modo omne quod sit ipsum esse participat et sic cadit sub intentione ipsius cause vniuersalis. ¶ Sed contra hoc obicit Albertus. quia si sic omnia simpliciter euenirent et immobiliter et nihil fieret a casu vel a fortuna nisi forte quod ad istum vel ad illum. Sed tenendo opinionem Auicenne. Respondetur quod causa vniuersalis non producit rem aliquam nisi per medium cause particularis et hoc in naturalibus vel artificialibus. et ideo contingencia vel necessitas se tenent ex parte cause particularis ita quod ille est effectus necessarius cuius causa particularis est necessaria. et ille contingens cuius causa particularis est contingens. Et similiter dicitur de casu et fortuna. ita quod ille effectus est a fortuna qui accidit preter intentionem cause particularis. et ille dicitur per se ad quem per se ordinatur causa particularis.

